

tyrannidis, Reges aut. Principes occidere, seu mortem eis machinari; ne videlicet isto praetextu ad perniciem Principum aperiatur via, atque ad turbandom pacem, eorumve securitatem in dubio vocandam, quos potius ex divino mandato revereri, ac observari oportet, tanquam personas sacras à Domino DEO, pro felice populorum gubernatione in eo gradu constitutas. Provinciales autem qui aliquid horum receiverint, nec emendaverint, aut non praevenient hujusmodi incommoda, volumus eos, non modo predictas poenas incurri, sed etiam officio privari, ut sic omnes intelligent, quis sit ea de re Societatis sensus, neque privati unius error suspectam reddat errore Societatem universam; quanquam apud aequos rerum aestimatores certum sit, partis unius aut membra culpam, toti corpori reliquo attribui, jure non debere. Volumus praeterea ut Provinciales de hoc accepto decreto certiores nos faciant, idemque per suam quisque Provinciam curet promulgandum, et in singulis domibus et Collegiis referendum in librum ordinationum, ad perpetuam ejus memoriam. Romae, 6 Julii 1610. (\*) Censur et Praecept. Vol. II. pág. 2.

(178) (Pág. 258.) In virtute sanctae obedientiae commendatur Provincialibus, ne in sua Provincia quidquam quacunque occasione, aut lingua, evulgari patientur à nostris, in quo de potestate Summi Pontificis supra Reges, et Principes, aut de Tyrannicidio agatur, nisi prius recognitum Romae, et probatum sit. 2. Aug. Ann. 1614. Ibid. pag. 5.

(179) (Pág. 258.) In virtute sanctae obedientiae ne quis in posterum hanc materiam (de potestate Summi Pontificis) tractet, aut libris editis, aut scriptis quibuscumque, nec publice disputet, aut doceat: ut occasiones omnes offendit, et querelarum praecidentur. 17. Aug. 1626. Ibid. pag. 6.

(180) (Pág. 262.) In iis etiam, in quibus nullum fidei pietatisque periculum subest, nemo in rebus aliquibus momenti novas introduceat questiones; nec opinionem ullam, quae idonei

(\*) En el Informe al Parlamento de Rennes pag. 203, se pretende, que la palabra CUICUMQUE no era empleada aquí sin misterio, y que presentaba un doble sentido muy perido; que aunque á la verdad, ella podia significar á cualquiera que sea, mas tambien tenia esta otra significacion á toda persona, lo que suponia que la cosa prohibida, era licita á algunas personas. El autor insiste en sostener este discurso, que la gramatica y el sentido comun rechazan igualmente, á pesar de todas las razones que se les opusieron, y la traducción hecha en francés por el mismo tiempo en que se publicó el decreto, por el P. Colom, confesor de Enrique IV.... Y se vanagloriaba ante el Parlamento de entender latin!

nullius auctoris sit, nec aliquid contra Doctorum axiomata iis, qui praesunt inconsultis. Congr. V. Decr. 41. §. 3 Vol. I. pág. 553.

Nec temere novas excogitent (*rationes quibus res fidei probari solent*) nisi ex constantibus, solidisque principiis. Ibid. §. 2.

— Ne quid contineant (*libri à nostris editi*) quod vel ad jura Principum, immunitates, jurisdictionem, et privilegia,

vel materiam Status, ut vocant, pertineat: vel alia quavis ratione Nationum, Provinciarumque res, aut personas sic attingat, ut justa sequi possit offendit. Vol. II. pág. 62. Reg. 7.

— Nemo quidquam doceat quod cum Ecclesiae sensu, receptisque Traditionibus non bene conveniat; quodque aliquomodo solidae pietatis firmitatem minuat. Reg. Profess. Schol. Theolog. 5. Vol. II. pág. 183.

Ad id attendant maxime (*Professores Theologiei Moralis*) quod monet Congregatio V. Decret. 41. an communis Scholarum sensu congruat (*aliqua opinio*), ac praeterea scandalum, vel offendit uspiam parere possit. Can. 4. Congreg. XI. Vol. I. pág. 730.—R. P. Generalis rogavit Congregationem placaretne.... declarare quantum Societas universa abhorreat, et semper abhoruerit ab omni opinionum tam novitate in omnibus, quam praesertim *laxitatem in Moralibus*; gratum habuit Congregatio tam sanctum Patris nostri zelum; et quamvis compertum illi sit, nostris Professoribus, et Scriptoribus, tam religiose sancta cordi esse, commendavit tamen impense eidem Praeposito Generali, ut eorum executioni invigilet. Decr. 5. Congr. XIV. Vol. I. pág. 670.

Quamvis contra novitatem *laxitatemque* opinionum praeferim in Moralibus, abunde provisum sit. .. nihil praetermittendum rata Congregatio praesens, Decretorum, quibus novae illae, laxioresque opiniones doceri, tipisque mandari prohibentur, vim totam renovat, roborat et confirmat. Decr. 28. Cong. XII. Vol. I. pág. 655.

(181) (Pág. 262.) Ad eosdem (*Superiores*) etiam spectat, ubi opus fuerit, novarum, et à communi sensu plane abhorrentium opinionum Doctores, si crebrius relabantur, et nimium tenaces sint suae sententiae (prout saepe commendatum est, et praescribitur à Cong. V. Decret. 41.) amovere à munere docendi, substituto altero, qui fuerit *sententiarum probatarum amantior*, et ad obsequendum in re quam tantopere sibi cordi esse testatur Societas, propensior. §. 2. Vol. II. pág. 233.

— Poenit etiam aliis, si opus esse senserint, coerceant. Can. 4. Congr. XI. §. 1. Vol. I. pág. 730.—Ipsos etiam Superiores, si quando in cohibenda liberiori illa opinandi licentia negligenter fuerint, severe puniat (*Praepositus Generalis*). Decr. 28. Cong. XII. Vol. I. pág. 656.—Sexta (*causa dimittiendi Generalem*) pravam Doctrinam habere. Const. pars 9. cap. 4. §. 7. Vol. I. pág. 440.

(182) (Pág. 266.) In iis questionibus, in quibus liberum

est quamcumque partem sequi, ita defendatur una pars, ut alterius etiam partis.... existimatione modeste, ac benevolē consulatur. *Rat. Stud.* nūm. 5. Vol. II. pág. 181.

(183) (Pág. 269.) Ut autem ad propositum huic Societati finem diviuī obsequii et auxiliī animarūn convenient conservari, et numero augeri operarios idoneos ac utiles ad hoc opus promovendum; ita dimitti eos oportet qui tales non fuerint inventi. *Const. pars 2. cap. 1. §. 1. Vol. I.* pág. 365.

(184) (Pág. 276.) Primum (*ex iis quae ad alicujus dimissionem requiruntur*) si in Domino judicaretur, contra ipsius honorem et gloriam fore, quod is in hac Societate maneret, qui videatur in quibusdam pravis affectibus aut vitiis, quae divinam offendunt Majestatem, corrigi non posse, quae eo minus tolerari deberent, quo graviora essent. *Const. pars 2. cap. 2. §. 2. Vol. I.* pág. 366.—Alterum est, si existimaretur in Domino, aliquem retinere contra Societatis bonum fore, quod cum universale sit, haud dubie bono particulari alicujus preferri ab eo debet, qui sincere divinum obsequium quaerit. Tale quid esset, si in probationum decursu aliqua impedimenta, vel insignes defectus, quos antea in examine tacuisse, detergerentur, vel si... praepedienda magis, quam adjuvanda esset Societas.... si damnum allatus malo vita exemplo judicaretur; ac praeципue si inquietum se ostenderet, et verbis, auctibus offendiculis alius praebet. *Ibid. §. 5.*—Tertium, si judicaretur id fore contra Societatis ac simul ipsius dimittendae personae bonum.... quando qui ad probationem admissus fuit, se compone re ad vitam sub obedientia, et juxta modum procedendi Societatis ducentam non posset, quod nequeat, vel nolit proprium suum sensum, aut judicium infringere, vel propter alia impedimenta, quae à natura, vel consuetudine promanarent. *Ibid. §. 4.*—Quartum, si cerneretur id fore contra bonum aliorum, qui de Societate nou sunt: ut si detergeretur vinculum matrimonii, vel servitutis legitimae, vel aës alienum. *Ibid. §. 5.*

(185) (Pág. 277.) Quamvis Praepositus Generalis in paten tibus litteris ad Praepositos particulares missis, amplissimam eis facultatem impartiat, quo magis subdit eosdem venerentur, et humiliores, ac submissiores se exhibeant, nihilominus tamen per secretas litteras haec potestas contrahi, prout convenire videbitur, et limitari poterit. *Ibid. cap. 1. B.*

(186) (Pág. 277.) Provincialis erit, juxta commissam sibi facultatem, auditis suis Consultoribus.... judicare de causis sufficientibus ad dimissionem: curabit tamen, ne ad haec extrema, nisi quam consultissime, et aliis tentatis mediis veniatur. *Reg. Provinc. cap. 5. §. 42. Vol. II.* pág. 81.—Praemissa oratione animum intendat, ut exploret, an ea: quae illi (*de quo dimittendo agitur*) objiciuntur, vera sint, an vero falsa, an dubia. Deinde, an ut vera essent, tanti sint momenti, ut de dimissione agi debeat. *Ordin. Gener. cap. 12. §. 2. Vol. II.* pág. 262.

—Inquirat accurate, utrum Superiores erga hujusmodi hominem debita caritate perfuncti sint. *Ibid.*—Et quam diuturna fuerit haec curatio: quandoquidem non est satis uno atque altero mense medicinam facere, sed patientia et longanimitate opus est. *Ibid.*

(187) (Pág. 278) Quo magis alicui Societas deberet, quod de ipsa benemeritus esset, vel quo pluribus DEI donis ad eamdem in diviuī obsequio juvandam praeditus esset, eo majori cum difficultate esset dimittendus: *Const. pars 2. cap. 1. A. Vol. I.* pág. 365.—Qui in aegritudinem incidit, in quocumque obsequio Societatis, postquam emiserit vota, biennio exacto, is dimitti non potest, nisi ipse contentus esset.... Qui in Scholasticum admissus fuisset, si emissis votis post biennium inveniatur ineptus ad Studia, et ad alia domestica ministeria, posset in rigore à Societate dimitti, quia adhuc in probatione est ad ulteriores gradus, eo magis, si illa inutilitas esset cum aliqua culpa voluntatis conjuncta. Ex aequitate tamen, si nulla sit culpa, consulatur Generalis. *Congr. V. Decr. 50. §. 3. Vol. I.* pág. 556.—Causas ad dimissionem dignas eo graviores esse oportet, quo quis arctius Societatis corpori conjunctus est: *Const. pars 2. cap. 1. §. 1. Vol. I.* pág. 365.

(188) (Pág. 278.) Véase el capítulo 4.<sup>º</sup> de la segunda parte de las Constituciones, donde se trata este punto muy por menor.

(189) (Pág. 278.) Cum iis qui dimittendi erunt, observari eum modum conveniet, qui in conspectu DEI dimittendi, dimisso, et aliis domesticis, et externis magis satisfaciat. *Ibid. cap. 3. §. 1. pág. 368.*

(190) (Pág. 279) Quod attinet ad dimittentem.... tria observentur, primum est, ut ore ipse Dominum, et domi orari ea intentione curet (quamvis quis sit, pro quo oratur, non intelligatur) ut docere Dominus noster dignetur ea in re, de qua agitur, suam sanctissimam voluntatem. Alterum, ut id conferat cum aliquibus, seu aliquo ex domesticis, qui ad hoc negotium aptiores ei videantur, et audiat quid illi sentiant. Tertium, ut omnem exuendo affectum, et majori DEI gloria prae oculis constituta, ac communis boni, tum etiam (quoad ejus fieri poterit) particularis ratione habita, expendat hinc inde causas, et statuat, an dimittere debeat, necne. *Ibid. §§. 1. 2. 3. 4.*

(191) (Pág. 279) Quod ad dimissum attinet, tria itidem observanda: primum, exterior, ut recedat, ex domo, quantum fieri possit, sine dedecore, vel ignominia, ac secum omnia sua ferat. Alterum interius, ut eum dimittere Superior curet, conservata, quantum fieri potest, caritate et benevolentia erga domum, et quanta cum consolatione in Domino fieri poterit. Tertium, ut circa statum vitae studeat eum dirigere.... demum concilio, et oratione, et si quid aliud caritas dederit, juvare curet. *Ibid. §§. 5. 6. 7.*

(192) (Pág. 279.) Ut satisfiat aliis domesticis, et externis, tria etiam observentur. Primum est, ut quantum fieri poterit, curetur, ne quid perturbationis in aliquus animo propter dimissionem maneat.... Alterum, ne male affecti maneant erga dimissum, et quantum fieri poterit, ne de eo male sentiant.... Tertium ut.... externi itidem, quibus id innotuerit, aedificationem accipiant, quod domi non toleratur id, quod tolerari ad DEI gloriam non debet. *Ibid.* §§. 9. 10.

(193) (Pág. 281.) Interrogentur (*qui admittit petunt in Societatem*).... num manifestare sese invicem sint parati, *debito cum amore, et caritate, ad maiorem spiritus profectum.* *Exam. cap. 4. §. 8. Vol. I. pág. 347.*

(194) (Pág. 284.) Interrogetur, an contentus sit futurus, ut omnes errores, et defectus ipsius, et res quaecumque, quae notatae in eo, et observatae fuerint, Superioribus per quemvis, qui extra confessionem eas acceperit, manifestentur. *Exam. cap. 4. §. 8. Vol. I. pág. 347.*

(195) (Pág. 284.) Verba illa Regulae, *per quemvis qui extra confessionem eas acceperit*, intelligi de illis, quae ab aliquo alio in eo notata, et observata fuerint; non autem de iis, quae ipsem secreto, et consilii petendi gratia, ut dirigatur, vel jubetur, cum alio communicaverit. *Congr. VI. Decr. 32. §. 4. Vol. I. pág. 578.*

(196) (Pág. 284.) In delictis, quae vel in detrimentum boni communis, vel in damnum imminentis tertiae personae, vergent, qualia sunt.... seminatio discordiarum inter fratres, furum, impugnatio, et machinatio contra Institutum, vel Superiores, etc. *Ibid. §. 7.*

(197) (Pág. 285.) Quod vero subjangitur, *debita cum caritate, et amore, sic accipi debere, ut, qui manifestat, non debat aliquo inordinato affectu duci... sed ex affectu caritatis...* atque ita manifestans servet, eum modum manifestandi in verbis, narratione, intentione, qui *amorem et caritatem* praeserferat. *Ibid. §. 6.*

(198) (Pág. 285.) Potest (*Superior*) facere secreto, quaecumque judicaverit expedire ad medium, profectumque delati, *contra ejus infamiam.* *Ejusd. Congr. Decr. 33. §. 7. pág. 579.*

(199) (Pág. 285.) Nemo ad mediatos Superiores dicta, factave aliorum deserat; ni prius immediatos per se aliosve; juxta bene ordinatae caritatis et prudentiae leges, monuerit. *Congr. VII. Can. 21. pág. 723.*

(200) (Pág. 285.) Sed neque ipsi Superiores *faciles delatoribus aures*, fidemque praebant; discurrant singula, nec laboribus parcant, donec in delatae rei cognitionem veniant, ut aut innocentem ab omni delicti suspicione liberent, aut noxiun, et falsum delatorem pro rei gravitate puniant. *Ibid. Decr. 12. pág. 590.*

(201) (Pág. 285.) Censuit Congregatio, illos omnes, qui seu

scripto, seu verbo *falsum alteri crimen imponerent*, sive id temere, et ex *inanibus suspicionibus*, sive ex alia quapiam minus probata causa sacerent; cosque etiam qui graves nostrorum defectus occultos, *aliis quam Superioribus*, aperient, graviter, severeque pro delicti qualitate puniendo... ut horum exemplo reliqui à simili culpa terreantur, et innocentia unicuique sua apud omnes constet. Quod si quis *auctores ipsos manifestare recusaverint*, pro ipsis auctoribus habendos, eademque poena muletandos. *Ibid.*

(202) (Pág. 288.) Re in Domino considerata visum nobis est in Divinae Majestatis conspectu, mirum in modum conferre, ut Superioribus, subditi omnino perspecti sint, quo melius regi, et gubernari, et per eos in viam Domini dirigi possint. *Exam. cap. 4. §. 54. Vol. I. pág. 350.* Quanto exactius Superiores res omnes internas, et externas suorum moverint, tanto majori *cum diligentia, amore, et sollicitudine juvare* eos; ipsorumque animas à variis malis, et periculis, quae in progressu possent accidere, conservare poterunt. *Ibid. §. 35.*

(203) (Pág. 288.) Quod juvat ad unionem membrorum hujus Societatis inter se, et cum suo capite... est in primis voluntatis vinculum, quod caritas est, et mutuus amor, quem crebra communicatio, et rerum mutua notitia... nutrit. *Const. pars 10. cap. uniuersitatis 97. Vol. I. pág. 447.*

(204) (Pág. 289.) Ut melius Superior possit ordinare, ac providere, quae corpori universo Societatis convenient. *Exam. cap. 4. §. 55. Vol. I. pág. 350.*

(205) (Pág. 289.) His, et non illis in tenuis, vel his ad hoc munus, illis vero ad alia.... ut ejus (*notitiae inferiorum*) ratione habita melius ipsos dirigere possit, nec supra mensuram Virtutum suarum in periculis, vel laboribus gravioribus quam in Domino suaviter ferre poterunt, constituta. *Ibid.*

(206) (Pág. 290.) Primum (*ex capitibus quibus conscientiae ratio reddip debet*): An vivat contentus, *juxta suam vocationem?* *Instr. ad reddend. conscient. ratione*: *juxta mon. Societatis. §. 1. Vol. II. pág. 115.* Secundum: Quomodo se habeat circa obedientiam, etiam intellectus, paupertatem, castitatem, et usum aliarum virtutum, et quarum praecipue studio intentus sit? *Ibid. §. 2.* Tertium: An sentiat aliquas animi perturbationes, aut tentationes molestas, et id facilitate, seu difficultate, et modo iis resistendi, et ad quos affectus, vel peccata sit magis propensus, et incitatus? *Ibid. §. 3.* Quartum: An contra Constitutiones, vel regulam aliquam, vel ordinationem Superiorum firmum iudicium habuerit, vel contra eam disputaverit? *Ibid. §. 4.* Quintum: Quid sentiat de ipso Instituto Societatis, et mediis quibus illa utitur ad suum finem consequendum, et quem experietur in se zelum animarum? *Ibid. §. 5.*

Sextum: Quomodo spiritualibus rebus sit affectus, quantum temporis Orationi tribuat, et num vocali, an potius mentali ju-

vetur, et utriplus temporis tribuat, et quem modum in orando teneat? *Ibid.* §. 6.—Septimum. Num in usu rerum spiritualium consolationem, et devotionem habeat, an vero contra desolationem, ariditatem, et vagationem animi patiatur, et quomodo in iis se gerat? *Ibid.* §. 7.—Octavum. De fructu quem ex Communione, Confessione, examine praesertim particulari, et aliis exercitiis spiritualibus percipiat? *Ibid.* §. 8.—Nonum. Num post ultimam rationem conscientiae quam reddidit, maiorem, an minorem fructum fecerit, et quem animum experiatur ad perfectionem consequendam? *Ibid.* §. 9.—Decimum. Quomodo observet, quae ex Constitutionibus, et Regulis tum communibus, tum officii sui ad eum pertinent? *Ibid.* §. 10.—Undecimum. De mortificationibus, poenitentiis, et aliis exercitationibus, quae faciunt ad spiritus profectum, et in specie de præparatione ad injurias, et ad alia quae ad Christi crucem pertinent, ferenda, atque eorum desiderio? *Ibid.* §. 11.—Duodecimum. De sociis, et quomodo de eorum conversatione proficiat in Domino, et an alicui sit familiaris, quam aliis? *Ibid.* §. 12.—Decimum tertium. An aversionem animi sentiat ab aliquo, et an offensum sit in aliquo à Superioribus, vel Officialibus; vel quavis alia persona, et quomodo sit affectus erga Superiores? *Ibid.* §. 13.—Decimum quartum. An tentationes alias sit passus, quas alii intellexerint, praesertim circa vocationem? *Ibid.* §. 14.

(207) (Pág. 290.) Eam suavitatem teneat, ut illa omnia (quae in ratione conscientiae reddenda dicuntur) non tanquam *Judex* exigere, sed ut *benignus pàrens* ob subditi consolationem coguoscere velle videatur. *Mod. accipied. ration. conscient.* Vol. II. pág. 91.

Tum ea prae se ferendo *comitatem, paternamque benevolentiam*, quae subditos ad se totos magna fiducia aperiendos alliciat; tum eam adhibendo *prudentiam, secreti fidem ac cautelam*, et ad eum finem consequendum; cuius à Beato Fundatore nostro totam hanc rem institutam esse scimus, quod est spirituale auxilium, etc. *Instr. de patr. exigend. ration. conscient. et secreti fidei servanda.* §. 11 Vol. II. pág. 325.

(208) (Pág. 291.) Sub sigillo *Confessionis*, vel *secreti*, vel quacumque ratione ei placuerit, et ad majorem ipsius consolationem fuerit. *Instr. ad reddend. ration. consc. juxta morem Societ.* §. 1. Vol. II. pág. 115.

(209) (Pág. 291.) Cum propositum esset, quo secreti vinculo tenerentur Superiores ad ea, quae subditi in tradenda ratione conscientiae ipsis aperuerint, censuit, et declaravit Congregatio, secretum *ad eum religiosè servandum esse*, ut non licet Superiori, cui redditia ratio conscientiae fuerit, quidquam eorum, quae illi de se ipso quis manifestat, ulli omnino, *nec Generali*, nec Provinciali *unquam revelare, vel etiam innuere*, nisi forte illo eodem, qui conscientiam suam manifestarit, *expressa consentiente. Congr. XII. Decr. 15. Vol. I. pág. 652.*

(210) (Pág. 292.) Nec unquam vel etiam innuere. *Ibid.* Superiores, quamvis secretum naturali jure tantum teneantur (nam de sigillo Confessionis nihil est quod agamus) videant tam summa cura, ut secreti fides integra sit, nihil omnino cuiquam innuendo. *Instr. de patr. exig. rat. consc.* §. 2. Vol. II. pág. 321.

(211) (Pág. 292.) Inter visitandam Provinciam diligenter cognoscat (*Provincialis*) qua fide Superiores in hoc genere se gerunt. *Ibid.* pág. 322.—Si quis in eo (*genere*) fuerit *solutionis*, aut *minus quam debet accuratus*, det operam (*Provincialis*) ut pro culpe gravitate in eum *animadvertisatur*, ac si opus fuerit, de tali Superiori amovendo ab officio certiores nos faciat. *Ibid.*

(212) (Pág. 298.) *Const. pars 10. cap. unic.* §. 10. Vol. I. pág. 447.

(213) (Pág. 504.) *Bull. Cum inter. Pauli. III. 1545. Vol. I. pág. 12.*

(214) (Pág. 304.) *Congr. V. Vol. I. pág. 548.*

(215) (Pág. 305.) *Const. pars 10. §. 12. Vol. I. pág. 447.*

A todo lo que se dice en estas Notas en comprobacion de la suma perfeccion que el Instituto de los Jesuitas exige á los que lo profesan, agreguaremos las siguientes palabras, que se leen al frente de algunas de sus Ediciones, y forman como un Compendio y Quinta-esencia de él.

¶ Homines mundo Crucifixos, et quibus mundus ipse sit encrucifixus, vitae nostrae ratio nos esse postulat. homines, inquam, novos, qui suis se affectibus exuerint, ut Christum inquierent: sibi mortuos, ut justitiae viverent: qui ut D. Paulus, in laboribus, in vigiliis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu Sancto, in caritate non facta, in verbo veritatis, se DEI ministros exhibeant: et per arma justitiae à dextris, et à sinistris, per gloriam, et ignobiliter, per infamiam et bonam famam, per prospera denique, et adversa, magnis itineribus ad coelestem patriam et ipsi contendant, et alios etiam, quacumque possunt ope, studioque compellant, MAXIMAM DEI GLORIAM semper intuentes. Haec est summa, hic scopus nostri Instituti. ☩